Pfeffer de Wydenberg, Johannes: Tractatus de materiis indulgentiarum

[Basel: Johann Besicken, about 1482] Seite 1

Incipit Tractatus de diversis Materiis Indulgenciarum

1

J 1598/500

Tractat⁹ iam nouiter ꝯpilatus de materijs diuersis indulgenciarum ꝑ doctissimū ac famosissimū viꝝ dominū Johānez pheffer wi denberg Sacre theologieq́ꝫ ꝓfessorem eximium Ac alme vniuersitatis studij friburgēsis ordinarium feliciter incipit.

Anno domini millesimo quadringētesimo octuagesimo indulgētie fuerūt friburgensis pochiali ecclesie pro erectione noui chori et alijs necessarijs ecclesie ornamētis a summo et sanctissimo sedis aplice papa Sixto quarto ꝑ Triennium misericorditer ꝯcesse Ac alias ꝑ dei ecclesiaꝫ diuersis ex causis habundāter sint multiplicate Et quia quāplurimi ꝓprie existimacōis fantasia ducti. circa eas frequent̃ decipiuntur et incaute alios loquendo. aut docendo decipiunt Utile iudicaui aliqua ď hac materia diuina assistēte gracia. sed maioꝝ meoꝝ sententias annotare. et in nouem questiones ṗncipales illam materiā restringere Pro ingressu igitur. illius materie occurrit mihi ṗmo dictum philosifi ṗmo topicorum scꝫ Quot quatuor sunt. ex quoꝝ consideratōe in vnaquaq́ꝫ re. quātum ad ei⁹ noticiā ⁊ cognitōem ꝯtingit habūdare Primum quid sit de quo sermo Secundum multiplex accepcio. Tercium differentia Quartum conuenientia. Primū est huius rei scꝫ que considerāda est diffinitio. quam vocat terminū vnde dicit Est autem terminus quidē oratio. quid. est esse significans Sed quia questio quid est ṗsupponit questionem si est. secundo posteriorum ideo in primis queritur quo ad presens.

Utrum indulgentie sint ponēde.

Arguit̃ ṗmo ꝙ nō qꝛ dicit glosa sup id scđa ad cor. scđa. deus non potest errare modo erraret si dicta sua nō īpleret sed ipse dixit. deu. xxv. ꝙ scđm mensuram delicti debet esse plagarum modus ergo penitentem. necesse est puniri sicut ďmeruit. ergo si sic nichil potest relaxari et ꝑconsequens relaxationes q ie fiūt ꝑ indulgētias nihil vtilitatis conferut et sic non sūnt ponende. Secundo sic dicit augustinus aut deus punit aut homo. sed homo non punit digne. qď relaxatur. ergo de⁹ puniet et sic relaxatōes indulgentiaꝝ nihil conferunt vt videtur. Tercio sic morbus corporalis nō potest curari nisi ꝑ antidotuꝫ et si relaxetur antidotuꝫ remanet morb⁹ sed morb⁹ spiritualis magis est difficilis et penitentia iniuncta eius antidotum ⁊ si relaxatur aliquid de pena remanebit morbus igit̃ talis relaxatio magis videtur obesse q̃m ꝓdesse In oppositum est qď saluator dicit pe. math. xvi. tibi dabo claues regi celorum ⁊c̄ Ubi albētus magnus indulgentia est pene satisfactorie remissio ⁊c̄. et si est remissio pene ⁊c̄. igitur est tenet cōsequentia abest tertio adiacente ad est scđꝫ adiacens Pro isto dubio notandū ꝙ sicut tangit albert⁹ magnus circa dis. xx. q̄rti. ꝙ ꝓpter rōnes ante oppositum tactas aliqui plus fuerunt moti quam necesse est. Dicētes indulgentias nil esse aut valē sed ab hijs qui eas ponūt. esse piam fraudem qua minister eccl'ie decipiendo pueros suos ꝓuocat ad bonum scꝫ ꝑ elemosinas ꝑegrinatōes. ꝑ auditum verbi dei. et ad alia pietatis opa Et isti dant exemplū de matre ꝓuocante pueꝝ ad ambulandū ꝙ vtile est placens ꝑuulo in fine vie ostendēs sibi illud et postq̄m illuc ꝑuenerit. ꝙ subtrahat et postea iteꝝ sibi ostendat ⁊ cum ibi ꝑueniat iterum subtrahat vt sic studeat ambulare. que decepcio pija videt̃ esse. Isti inq̄t albertus magnus ad ludū pueroꝝ volebāt trahere fc̄ta ecclesie. et hoc puto fore heresim quia in nullo crederet̃ ecclesie. si ī istis que ṗdicantur populo. aut fideles hortantur vt faciant inueniretur decepcio quare reliquitur tanq̄m falsum et erroneum. Ideo dicunt alij doctores Sanctus Thomas albertus

-alberti

A

A

GROSHERZOGLICH
HESSISCHE
HOFBIBLIOTHEK

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-591/0001
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG